



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LXXVII. Anerkenntniß des Abtes zu Chorin, daß Dienst und Bede in den
Dörfern Jädickendorf und Woltersdorf der Familie Mörner gehören, vom
15. October 1344.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

grauaminibus hactenus perplexos fore cognouimus, ipsis ut altissimum dominum pro salute bone recordationis predecessorum nostrorum, nostri, heredum et successorum nostrorum animarum puris deuotionibus inclament et inuocent, ipsis hanc libertatis gratiam decreuimus facere singularem, videlicet quod omnia bona ipsorum, que nobis officiatisque nostris hactenus jure aduocatio paruerunt, et singulariter ville Bryzk, Goliz, Bucholz, Choryn, Swernitz, Herfprunc, Brodeuin, Parfstein, Luderstorph, Stolzenhayn, Godekendorph et Woltersdorph a cuiuslibet seruitutis onere et specialiter a datione precarie cuiuslibet seruitio curruum et a ceteris grauaminibus quibuscunque*). Inhibemus etiam Officiatis nostris uniuersis uasallis subditis et singulariter preconibus terre nostre, ne in ipsum monasterium bonaque sibi pertinentia aliquod mandatum contrarium transferant, vel violentiam ipsis, sicuti nostram euitare uoluerint ingratitude, aliquam inferant, quia ipsum memoratum monasterium ab omni onere dampnoso releuatum gaudere siue frui uolumus perpetua libertate. Pro qua quidem gratia dictus dominus Abbas predicti monasterii singulique successores pro quolibet quartali anni in festo annunciationis viginti talenta, uidelicet beate Marie virginis, in festo beati Johannis Baptiste viginti talenta, in festo uero beati Mychahelis viginti talenta et in festo natiuitatis Cristi viginti talenta denariorum Brandenb. legalium nobis ad curiam nostram perpetuis temporibus erogabunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, testes uero hujus sunt nobilis uir Conradus Dux de Teke, Guntherus, Comes de Swarzburg, Johannes de Buch, Henricus de Rylschach, curie nostre magister, Albertus Wolffteyner, Beringerus Heylo, noster Marschalcus, Wilhelmus Bombrecht, noster pincerna, Laurentius de Gryfenberg, milites, et Gerkinus Wolf cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Spandoue, anno domini millesimo CCC^o. XL^o. primo, in uigilia Epiphanie domini.

Aus dem nach dem Original des Königl. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerdens Cod. II, 482.

*) Es scheinen hier im Originale Worte ausgelassen zu sein.

LXXVII. Anerkenntniß des Abtes zu Chorin, daß Dienst und Bede in den Dörfern Jädickendorf und Woltersdorf der Familie Mörner angehören, vom 15. October 1344.

Coram omnibus et singulis cristi fidelibus presencium tenorem uisuris auditoris, et quomodo-cunque cognituris Nos frater Johannes, diuina gracia abbas, totusque conventus monasterii Koryn presentes cum futuris profiteamur publice et protestamur presentibus, quod illustri princeps ac dominus, dominus Ludeuicus, Marchio brandenburgenfis, de benignitate gracie contulit validis et famosis uiris heynekyno, ottoni, reinekino, fratribus, dictis morner thidericoque predictorum patruo et ipsorum ueris heredibus omnem precariam id est petitionem et seruitium curruum in uillis ghodekendorp et woltersdorf, precariam carnum, denariorum, pullorum et frumenti. Volentes etiam eosdem morner ac suos heredes, omnibus et singulis utriusque juris condicionibus impedimentisque quibuscunque penitus abrenunciatis, circa prefatam permanere precariam et seruitium eaque retinendo possidere, quemadmodum a principibus ac terre dominis ore, manu et literis ipsis graciose sunt collata. Si uero prefatis validis uiris pretactam cum seruitio precariam loco et tempore congruentibus placeret uendere, hoc quidem conventui et monasterio Coryn intimare et patefieri studeant et primario uendibilem exhibebunt. Insuper etiam cum omnia

transitoria sunt et caduca, Si hujusmodi littere in scripto aut sigillis aut antiquitate vilescent et perirent, tunc eas sub eadem verborum forma et tenore prehabito prefatis viris aut eorum veris heredibus renovare volumus et debemus. In premissorum verius testimonium cacionemque et permanenciam firmiorem nos frater Johannes, abbas, ut supra scriptum, sigillum nostrum cum sigillo conventus de nostro certe scito presentibus appendendum duximus dignum. Datum et scriptum in antiqua Berlyn, anno MCCCXLIV. presentibus strenuis et validis viris gunthero, juniore comite de Swartzeborg, Hassone de Vchtenhagen, hennyngho seniore de Valkenborg, bethekyno de oost, milite, johanne de Wedele ac pluribus aliis fide dignis in testimonium ad premissa rogatis et vocatis, feria VI. post octavas beati ottonis confessoris.

Aus Diekmann's Urkundenammlung des Königl. geheimen Staats-Archives fol. 218.

LXXVIII. Markgraf Ludwig verleiht dem Jäger Friedelin Sezzel im Dorfe Binnow gewisse Heubungen und erstattet dieselben dem Abte zu Chorin durch andere Heubungen daselbst, am 11. September 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus etc. Contulimus et presentibus conferimus discreto viro fridelino Sezzel suisque veris et legitimis heredibus VI frusta annuorum reddituum, sita in villa pynowe, que quondam lemkin de kannenberch pertinebant, sub modis, formis, Juribus et conditionibus, quibus dictus lemke eadem tenuit et possedit hactenus, in antea pacifice et quiete perpetuis temporibus possidenda. Pro quibus VI frustis honorabili viro et religioso fratri abbati in choryn seu qui pro tempore fuerit et monasterio in eadem villa alia VI frusta reddituum annuorum tollenda deputauimus et presentibus deputamus, que tamen nos aut heredes nostri ab ipso abbate reemere pro XXX marcis argenti Brandenb. poterimus, quandoque id ipsum nostre placuerit voluntati. In cuius etc. Testes Burggravius, Buch, mautner, Swyker, wolffteiner, hufener, hele, milites, haffe senior, ny. wolkou, ger. wolf et Loterpeck. Datum Berlyn, anno XLV, dominica post natiuitatem virginis gloriose.

Nach dem Copialbuche R. Ludwig I., betr. die Vogtei Barmim Nr. 30.

Anmerk. Die Ueberschrift im Copialbuche lautet: Collatio dicto Sezzel venatori.

LXXIX. Christoph von Schneitlingen überläßt dem Kloster Chorin 9½ Hufen in Herzprung, am 5. Juni 1346.

Nulli dubium, immo cunctis manifestum, quod ea, que ob reuerentiam Creatoris bono zelo fiunt, salutem proueniunt facienti; Hinc est, quod Nos Cristophorus famulus, dictus de Snethlynge, karissimorum fratrum nostrorum vestigiis salutaribus inherendo, de consensu et bona voluntate dilectissimorum nostrorum Johannis, Nycolai, Cristophori, Heinrichi et Weneri, fratrum, et Johannis patris predictorum omniumque heredum nostrorum, quorum consensus de jure vel